Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ille potencior est ad saluandum fec-
erunt mundus presentis temporis dyabolus
insidiatur non cadit fundata nam sunt
super firma petram ad hoc hortatur
Chrisostomus super Iohannem feces non solum
legamus quod christus passus est sed eciam
in mente feramus ea coronam spineam
uestimentum calamum alapas pla-
gas exspuaciones yroniam De
quo Cant. iii° lectulum salomonis (Nota de prelatis)
lx fortes ambiunt ex fortissimis
israel omnes tenentes gladios et ad
bella doctissimi lectulus salo-
monis est ecclesia saluatoris quem lx
ambiunt fortissimi quia sponsa christi
prelati opere et sermone fortes in
sex operibus misericordie et legis decal-
logo eciam regunt et custodi-
unt omnes gladios tenentes
uel uicia intimentes uel exem-
plis et documentis subditos pro-
tegentes et ad bella doctissimi
diuina sapiencia sed illustrati Luce
xxi° ego dabo uobis os et sapi-
enciam cui non poterunt resistere
omnes aduersarii mei de quibus et
uariis uirtutibus eorum ad Ephesios
vi° de state succincti lumbos
uestros in ueritate et induti lori-
ca fidei iusticie et calciati pe-
des in preparacione euangelii pacis
in omnibus sumentes scutum fidei
in quo possitis omnia tela ne-

quissimi ignea extinguere et ga-
leam salutis assumite et gladi-
um spiritus quod est uerbum dei Bernhardus (Nota)
in sermone quodam grauiori et
periculosiori tenentur debito astri-
cti qui prelatis animabus reddituri
ri sunt racionem quam ego infelix
quo me uertam si tam thesaurum
preciosum depositum istud quod christus
sibi sanguine proprio carius iudica-
uit contigit negligencius custodi-
re si stillante in cruce domini sangui-
nem collegissem eciamque esset po-
situs apud me in uase uitreo quod
et portari sepius oporteret quid
animi habiturus essem in discri-
mine tanto et ecce id seruandum
accepi pro quo mercator non impru-
dens ipsa utique sapiencia sanguinem
illum dedit De tercio. ii° Mach- (Nota de oracione)
abeorum xiii° Machabeus horta-
batur suos ne formidarent et
singulos armauit non clypei
et haste munitione sed sermonibus
aptis et oracionibus Et exodi xvii°
pugnante populo contra amalech cumque
leuaret Moyses manus uince-
bat israel sin autem paululum re-
misisset superabat amalech Ch-
risostomus in sermone quodam Orta-
bat Moyses in monte non armis
sed precibus pugnaturus stabat ex-
tensis in celum manibus deuote
orans affatu non dextera sed de celo